Universitätsbibliothek Paderborn

# Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

lxix. Ad inflammationem narium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Visual Library

*Ad humidæ pituitæ orientia tubera.*

SÆPE in naribus accipitrum oriuntur tubera ex humida deſtillatione. Remedio ſunt tres guttæ gari optimi quotidie naribus inſtillatæ.

*Ad inflammationem narium.*

NARIVM inflammatio cognoſcitur, cum circum oculos & os glutinoſus humor exundat. Sanatur hoc medicamento, quod habet agreſtis vlmi ſemina conciſa & tunſa cum oleo in offas agglomerata, palatoque accipitris infricata: tum eius naribus inſtillatur ſuccus roſaceus, omphacino oleo temperatus.

*Ad deſtillationem tollendam, quæ per nares mucum reddit.*

PIPERIS grana decem & ſeptem mortario contrita vna cum ſapone, & ſtillatitia myrrha tenuiter cribrata, & ea quidem ad proportionem piperis iniecta, & miſta: poſtquam accipiter cibum ſumpſerit, eius nares illinantur, & ad ſanitatem perueniet.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN